spondere vadium et factum luere Inscriptioni huic satisfacere ac omne iudicatum pati debebit et tenebitur seq ac suos successores ad eadem omnia obligat Illud primum terminum peremptorium et alios omnes eiusdem consequenter Causas eiusdem terminos semper peremptorios vera infirmitate pro maiori, minorennitate successorum Legatione intra vel extra Regnum servitio militari ad munimenta ad Victoream vel alys quibuscunque dilationibus et legalibus impedimentis non differendo ad quietationem ultra proximos officy praefati Castrensis Premysliensis terminos dilationem sibi non recipiendo, nullasque Motiones Apellationes ac earum prosecutionem faciendo ac praemissa omnia poenis simplicibus vel triplicatis, euasionibus, suspensionibus fatalis iuris Inscriptione Terrestri, bello, Conventionesque ac alys omnibus Iuris remedys et deffensis non subterfugiendo nec modo quouis euadendo stat praefati personali Recognitione ad praemissa omnia mediante.

Swiechowski Msciwolowskie Cedit

Comparens personaliter coram officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitaneal. Premysliensibus Nobilis Andreas Swiechowski sanus mente et corpore exemptus a Terrestribus Districtibus Iuribus Iurisdictionibusque suis quibuscunque proprys et competentibus inde praefati vero Castrensi Capitaneali Premysliensi Iurisditioni quo ad actum hunc attinet de eius successoribus ac bonis suis quibus omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subyciendo palam libere publice ac per expressum recognouit Quia ipse de omni et integro Iure suo videlicet de Contractu certo inter Nobiles Martianum Msciwoiowski ab una et Nobilem Andream Wizicki parte ab altera ratione certarum rerum et conditionum de actu et data eiusdem Leopoli feria quinta ipso die festi Sancti Josephi Anno Millesimo Sexcentesimo Quadragesimo Octauo proxime praeterito confecto atque Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Premysliensibus sub vadio Centum Sexaginta florenorum polonicorum roborato sibi vero Regni per eundem Nobilem Msciwoiowski coram Actis officy praesentis Cesso et condescenso

Hic non descri

Nec non de ipsa Inscriptione roborationis in se latius de praemissis extante Cum omni praemissorum Iure, proprietate competentiaque et praerogativa quavis Cumque omnibus et Singulis Contractus atque eius Inscriptionis roborationis Conditionibus punctis clausulis articulis vadiis ligamentis ac nexibus quibus universis Nihil ex praemissis Iuris proprietatis ac cuiuris competentiae et praerogativae pro se Regne Suisque Successoribus aut quopiam alio reservando seu excipiendo Verum prout praemissa omnia et singula ipsummet Recognoscentem concernebant ac eidem serviebant Sanc exnunc et defacto praefato Nobili Martiano Mscivwiowski eiusque posteris (accepta ab ipso pro praemissis omnibus plenaria et sufficienti Satisfactione retrocessit et retrocondescendit prout retrocedit et retrocondescendit praesentibus Unaque et integrum Ius Suum sibi ad praemissa serviens in personam eiusdem Nobilis Mscivwiowski Conthoralis Sui transtulit transfudit et incorporavit prout transfert transfundit et incorporat praesentibus per ipsum Nobilem Martianum Mscivwiowski Conthorali Suum et eius posteros hoc idem Ius retrocessum praemissaque omnia et singula praesentibus condescensa tenendi, habendi, et possidendi, Illisque quiete et pacifice utifruendi ac ad usus suos suorumque successorum quoscunque beneplacitos usus libere et effectualiter Convertendi praefati Iuris originalis ea omnia latius in se complectens praesentisque Cessi et transfusi Vigore.

Brosniowscy Horodyskiego Quietant

Comparentes personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitaneis Premisliensibus Nobiles Jasko et Stephanus Brosniowscy Pater cum Filio Sani mentibus et corporibus existentes a Terris Districtibus Iuribus Iurisdictionibusque Suis quibusuis propriis et competentibus recedendo praesenti vero Castrensi Capitaneali Premisliensi Iurisdictioni quo ad actum hunc attinet Se cum Successoribus ac bonis Suis quibus omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subijciendo palam libere publice ac per expressum recognoverunt et quilibet Illorum seorsim Suo pro interesse recognovit Quia ipsi